



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Quæ Servitvs Peccatorvm Seu Conciones De Prodigi vilißimâ seruitute

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1614

Concio Tertia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55957)

religiosum existimare? Dicamus magis cum
 patre S. Hieronymo, Senem mori placet in
 P uam puer didici.
 9

CONCIO TERTIA.

Græca. 5.15. ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βο
 χοῦ.

Vulgata. 5.15. Et misit illum in villam suam, ut pasceret
 eos.

Syriaca. 5.15. Et ille misit eum in villam ut pasceret suos.

ARGUMENTVM.

Instructio moralis, fundata super textum
 suppositum historicum.

1. Prologus: à peccatis oriuntur miseria, & pro
 palans, miser. 2. Placētus seruitutis indigna
 go. 3. Laudandus herus eius ab hospitalitate: in
 praconium & premium. 4. Prodigii herus
 ricorditer, clementer, iuste se habuit. 5. Seueritas
 Domini carpuntur. 6. Timebat adhuc Deum
 digus: obedire paratus, promptus, industrius. 7.
 rito ad eam seruitutem deductus. 8. Plexi per
 dem, vel similia quorum causa peccarunt ho
 nes. 9. Dei despectores, despecti. 10. Epilogus
 tentiosus ad seruos & Dominos.

1. **V**Naniami Prophetarum, oculatorum
 etorum consensu adstruitur, regnum nullam
 urbem nullam, neminem miserum fore, ni peccato
 enim originis peccatum à satore generis humani
 missum, inuexit secum numerosum exercitum mal
 aduersus naturam ab vno homine corruptam: ita pec
 ta, quæ exinde nos ipsi committimus, inducunt secum
 super patrant, (nō autem super naturam vniuersam
 copias innumeras calamitatum,

Prouer. 13. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam.

Prouerb. 23. Miseros facit populos peccatum.

Baruch. 3. Quid est Israel, quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum moribus, deputatus es cum descendentibus in infernum, dereliquisti fontem sapientia. Nam si in uia Dei ambulasses, habitasses utiq; in pace super terram.

Oratio Ecclesiae: Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas.

Feria 6.
post cineres.

Tomo 6.

Diog. Laert. l. 6. de philosophis.

Ouid li. 1.
Fastorum

Sit uobis exemplo theatri, & adolescentis, prodigus, quem iam pridem Christus exhibuit famelicum, inopem, ob effusam licentiam, & luxuriam; induxit item uiantem inuoluntarie, & coactum, ut stypem sibi emendicaret tenuem. Et abiit. Fame compulsus est peregrinari, palarique: quod supplicij genus atrocius est quam credatis, uti alias a nobis fusc monstratum est. Heus, quam molestum prodigo mollibus plumis lectis assueto, tam domus patriae: quam cubilium amasiolaru, quare demum ostiatim vasti horrei uibrum, ad requiem, frustum panis ad refectionem: hærere que in ancipiti, an comiseratione admitteretur! Quam durum, si aliquando incideret in pergræcates, cernere alios fruente ijs quæ ocyosissimè dilapidarat! Quam operosum, indies nouum subire cælum, alias haurire lymphas, & semper palantem (ἠμυδόςιος, in diem uiuens) ducere uitam, nouas iugiter quærere sedes, nullas possidere certas! Certè, responderit licet Diogenes philosophando, se κοσμοπλίτης, id est ciuem mundi, quærenti cuiusnam esset: dicatur tamen si;

Omne solum fori patria est, ut piscibus aquor,
Et uolucris vacuo quicquid in orbe patet:

attamen miserrimum est peregrinari, aut exilio, aut alia quauis egestate, potissimum inualecente fame ditata; nec suppetente peregrinanti pecuniæ ducatu, inquam liberaliter, &, ut aiunt, educato sub aprico, ac epulas paratas statis horis habere assuetor: quibus in angustijs se deprehendit prodigus qui pridem omnium rerum ybertate gaudens, nunc sum-

HHH i ma

ma in annonæ caritate palabatur, ne teruntium p
dens. Nam & ipse capit egere

Procop. Cæsareni l. i. de bello Persico; Impet
Theodora Iustiniano Imperatori: Exilium ei qu
imperavit, intolerabile.

Eorum vita miserrima:

Natura infælicissimum vagari in incertum, v
leam, frequenter inhospitalitate, examine, verbis
cibus, iactis aut suspicione sinistra, in speciem f
ta, aut malevolentia, multorum, peregrinationes
di molestissimas, grauterque affligi viatores.

Virgil. i. Æneid

Hospitio prohibemur arena.

Bella ciem, * primaque vetant consistere terra.

*prohibet
vti com-
munibus.

Quamquam dicere liceat interdum, Patria est
cumque benè: tamen nihil communiter desiderabile
& melius proprio nidulo, sale & fumo patrijs. Hor
ergo gratia, infelix prodigus. Præter hæc verò,
homini, tam libertatis amico quam rationali, ac
durius seruitute?

Seneca in Troade:

Si pena queritur qua pati grauior potest

Famulare collo nobili iubeat iugum.

seruire liceat.

Proposi-
tio con-
sionis.

Et ecce tibi prodigum propter crimina, abiecit
vilemque seruum. Eia, huc properate, adolescente
festinate ad funestum spectaculum. Alieno dispendio
discetis super theatro huius parabolæ, sub person
prodigi (cuius egestatem vobis hac luce exhibeb
mus) vt calamitatis fons sit vitiosè viuere. Vos quo
que heri, serui, Iudices, attendite arrectis auribus: ad
dieris namque hoc loco multa laudanda, imitanda
tum in hoc ciue, tum in eius seruo. prodigo: insupe
diuinæ iustitiæ ordinem in hac seruitute cernere lice
bit tam dilucidè, quam vidistis nostræ lucis beneficium
in dira fame. Dicamus primò

- 1.
- 2.
- 3.

AVE MARIA.

2. Infelix prodigus, cui non ita pridem vnus & al
ter famulus ministrabat domi, imperitabat cæcitate
micu

micularum: *Nemini seruiuimus unquam: nunc paupere & fame pulsus subit duram seruitutem, charissimamq; mancipat libertatem sub extero, forte pari, aut inferioris conditionis. Quis enim ambigat eius parentem opulentissimum, à quo pergracaturus tantas accepit facultates? Ex quo meminerit annuli ipso redente, & primæ inter plures, stolæ; opiparæ mensæ, chorearum, symphoniarum, plurimorum seruorum; argumentorum viri opibus valentis? Tanti viri natum subdi aut inferiori, aut compari, aut paulò se maiori, quanta vicissitudo! *Hæc mutatio dextera excelsi. Mutatio, à vindice DEI manu manans, quæ cum ob scelera ad eas depressit angustias. Molestum certè libertatem diuendere. Non bene pro toto libertas venditur auro: est durum telum necessitas; quo quicumque ictus, & digna & indigna patitur. Ecce etenim hominem liberum factum seruum. Ast qua seruitute? An ego citra lachrymas dicere, aut quis vestrum audire, nescio. Et misit eum in villam suam ut pasceret porcos. Vale honor seruire parum: est pascere porcos, quanta sufferentia? Deus est, qui, dicente Propheta, Humiliat peccatores usque ad terram; legistis unquam; Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra scribentur? Nequamquam adscribentur cælis, librisuè honorificis.**

Jerem. 1. Quam vilis facta es iterans vias tuas!
1. Reg. 2. Quicumque honorificauerit me, honorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.
Psal. 82. Disperierunt in Endor, facti sunt ut stercus terra. Vel, ut vertit Vatablus, ut sterquilinum terra.

Examinemus porrò Euangelistæ verba, versiones, & etymon vocis villa.

Versio nostra vulgata habet: *Misit eum in villam suam ut pasceret porcos.* Græca: *Καὶ ἔταξε τὸν υἱὸν τοῦ Ἰησοῦ ἀγὼσάσθαι ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐτοῦ.* Misit eum in agros suos pascere porcos. ἔταξε. Scribitur primus ἔταξε, quod

Ioan. 8.
 Prodigiparens opibus potēs
 1.
 2.

Psal. 146.
 Jerem. 17.

Villa, quid significet.

HHH 3

quod significat mitto, deduco, pompam
 Differunt itaque aliquantisper Græcus, & Latinus
 textus. Vulgata enim versio dicit singulariter
villam suam, sed Vatablus, Arias Montanus, & alij
 nonnulli interpretati sunt, *in agros suos*. Et
 Gallica quædam, in possessiones suas, confon-
 ter ad textum Græcum, *eis τὰς ἀγροὺς αὐτῶν*, in
suos, vel latinus, in rura sua: nam vocem
ager, non proprie Latinam sed a Græca ductam,
 istis est Quintilianus. Et Caietanus ait *villam*
 solum pro *villas*. Latina & gallica versio habet
villam, in numero singulari: Græcus textus, et
 in plurali. Dictio vero *villa*, qua utitur Iure-
 noster Latinus, communiter usurpatur Virgilio
 Ciceroni, ad significandum coloniam, domum
 campestris, casam villaticam, suburbiam; qua
 in lingua dicitur *Magar*, unde Virgilius dicit
Magalia, ut significaret domum villaticam, ut
 notavit expositor eius Seruius, in versum illum
Æneid. Miratur molem Æneas magalia quondam:
 tamen interdum nominat *magaria*, interdum
lia, ut 3. Georgic. *Et raris habitata mapalia tellus*.
 sunt domunculæ similes ijs quas vulgariter vocant
 furnos. Dicunt vero Grammatici nomen * *villæ*
 a vehendo, quasi *vehilla*, * quod in eam con-
 hantur fructus, & vehuntur cum venerunt. Agri
 rustici nunc quoque viam veham appellant, pro-
 pter vecturas; & vellam, non villam, quod vehunt
 & unde vehunt. Item dicuntur qui vecturis viam
 vellaturam facere. In persimilem locum missus
 prodigus infelix: haud malè, si ut villicus, ut ter-
 coleret, ut fructus meteret; si ut armentum, qui
 ges saginaret, si ut Dominus, & quem Græci
 nominant *Agronomus*, id est, colonus: verum tamen
 non contigit ei felicitas: mittitur *κομῆς* *χρησίου*
pascere porcos: non ut faceret porcationem, id est
 nutritum porcorum, quasi villicus qui præ-
 rei rusticæ; sed ut subulcus, & villici seruus: Factus

Quintil. l.
 1. instit. c.
 9. in fine.
 Mapalia
 & Maga-
 ria pasto-
 rum casæ
 vocantur
 lingua
 punica.
 Magar
 verè pu-
 nicum.
 Virg. 4.
 Æneid.
 Ut primū
 allatis te-
 rigit Ma-
 garia plā-
 tis.
 * M. Var-
 ro, de re
 rustica c.
 2. Idē ib.
 distinguit
 inter vil-
 licum &
 magistrū
 pecoris.
 Villici est
 colere a-
 grū: ma-
 gistri pe-
 coris, tota
 pastio.

est χοιροβοσκός. Quæ enim sequuntur satis indicant, *Quid porci*
 eum dicitur fame perijisse fermè, nec à quoquam ac *culatio,*
 cepisse: vel filiquas quas porci manducabant. Videtur *Varrol. 2.*
 innuere textus Græcus, quod domi cuius illius habitas *de vera-*
 ipsi incumberet cura ducendi porcos ad pascua, & ve *stic. c. 2.*
 sperere facto repetere solitus esset eiusdem cuius domū.
 Sed versiones vulgatæ Latina & Gallica maiore cum
 energia calamitosam eius seruitutem exprimunt: si-
 quidem insinuare videntur mancipatū semel spe con-
 uiuendi & conuescendi illi in vrbe denuò traditum al-
 teri domino subalterno in seruum villaticum; imò
 verò exiguè fortè, casæ, furno persimilis, quasi mendi-
 cum & ganeonem miserimū. Missus fuerit in casam
 tenuem, aut in villam, communi textuum tenore ex-
 primitur seruus campestris, non minister, aut à pedi-
 bus cui illi in vrbe; non equiso, non villicus, non ar-
 mentarius, non pastor, sed seruus vilissimorum peco-
 rum campestrium. O abiectiōem! Si vt villicus, vt
 pastor, amissus fuisset, non ad eò malè: sed eheu! sub-
 ulcus fuit prodigus. *Quantus aegor, mæror que ado-*
lescenti prodigo, claro genere orto! En argumēta tri-
na cumuli calamitarum adolescentis; nimirum quasi
venire & reuēire à domino, alteri domino: deinde ab
vrbe rus ablegari: denique sordido porcorum ministe-
rio (si fas est dicere) deputatum fuisse. verūm de hac
depressione, latius post. Nunc dispiciamus quid no-
tatu dignum occurrat in hero.

- 1.
- 2.
- 3.

3. Quod cuius ille domi exceperit pauperem pere *Prodigi*
 ginum, palantem, ignotū, annonæ caritate grassante *herus in*
 per vniuersam regionem: namque *facta est fames va-* *quib. lau-*
lida in regione illa: monstrauit se verè memorem natu- *dabilis.*
 ræ communis, & fortunæ vicissitudinum, cui subsunt
 vniuersi.

Publius: *Homo qui in homine calamitoso est miseri* *1.*
cor, meminit sui. *Et apud*
 Monstrauit se cupere omnibus prodesse, & benefi- *Senecam*
 centia, meritisq; amicos vbiq; acquirere. *Cato lib. 2.* *in prouer.*
distich.

Si potes ignotis etiam prodesse memento

HHH 4 *Vtilitas*

Gen. 18. *Vtilius regno meritis acquirere amicos.*

Imitabatur, arbitror, Abrahamum, qui ante ostium
tabernaculi peregrinos praestolabatur, rogabatque
ad se diuertere: Laban filium Bathuel, qui firmus

Gen. 24. Abraham ait: Ingredere benedictae domini: quid
foribus haerens? Domum, cubile, & caetera a parato
troduxitque: Boos, qui calamitosam Ruth nurum
am, quamuis ignoram: vnde mirabatur Ruth eius
ficia in mulierem alienigenam. *Vnde mihi hoc ut
nirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me digneris pe
grinam mulierem? Et Jobum, qui de se dicit: Oculi
fui ceco, pes claudo; benedictio perituri veniebat super
me. Item. Foris non mansit peregrinus, ostium meum
atri patuit.*

In frontispicio dormitorij Collegij Marchianensis
Duaci habes: Porta patens esto, nulli claudaris horum
Profecto, id est quod vnicè commendatum sit Chri
stianis omnibus oportet, quodque crebrò inculcat
Apostoli, nimirum hospitalitas.

* Al. la
tuerunt.

1. Pet. 4 *Hospitalia inuicem, sine murmuratione.*

Heb. 3. *Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim
placuerunt quidam Angelis hospitio receptis (Quidam
inscientes exceperunt Angelos hospitio.)*

Ipse Ethnicis commedatissima fecit: hinc peccato
riter hospitalitatis Deum coluerunt. Virgil. 1. *Aeneid.*

Iupiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)

Hunc latum, Tyrisque diem, Troiaque profectum

Esse velis, ait Regina Cathaginenium.

Homerus Odyss. 1.

*Iupiter Xenius defensor est atque censor supplicum
hospitum, idemque hospites comitatur modestos.*

Menander Monostich. *Inopes peregrinos inuare
memor: ea peregrino qua facis, spera tibi.*

Incertus author.

Hospites pauperes, ne negligas cum videris.

Lege plecebantur prisca Leucani, in hospites in
mani.

Ælian. 1. 4. var. hist. c. 1. *Leucanorum quaedam lex
habet: Si sub occasum solis venerit peregrinus, voluerit quae*

sub tectum alicuius diuertere, & is hominem non susceperit, mulctetur, & penas luat inhospitalitatis: ut mihi quidem videtur, & venienti, & Ioui hospitali.

Plato 5. de legib. Ad peregrinos sanctissima esse fadera quisque cogitet. Ferme enim omnia peregrinorum, & contra peregrinos peccata pra illis que inter ciues committuntur, vltori Deo cura suxit. Nam cum peregrinus amicis, cognatisque careat, maiorem & apud Deum, & apud homines meretur misericordiam.

Arist. l. 9. hist animal cap. 32. Senescentibus aquilis rostrum superius accrescit, incurnaturque subindo magis, magisque ut demum fame intereant. Cui rei data est fabula ut hoc accidit aquie, quoniam cum olim homo esset hospiti iniuriam intulerit.

Charondas Catanæus in proæmijs legum. Peregrinum quæuis qui in patria sua colitur, secundum leges proprias bene precando & familiariter suscipere oportet, ac remittere, Iouis hospitalis memores: ut qui Deus apud omnes communis sit constitutus, & hospitalitatem, ac inhospitalitatem inspiciat.

Stobæus
serm. 42.

Theuet. Cosmogra. vniu. l. 7 c. 14. Et lib. 11. c. 1. Et l. 15. cap. 16. Iphis Turcis, quantumuis barbaris colitur singulariter. Sunt. n. Constantinopoli Nosocomia phanis adiuncta ad excipiendos peregrinos: in quorum vnico quotidie aluntur liberaliter & gratis octingenti, imò mille pauperes & peregrini, a quibus introeuntibus aliud exigitur nihil quam pro Deo, & salute animæ Mahometi, qui ad hoc ea extruxit, admitti postulēt. Vnde detestor Spartanos, alioqui scitè, beatèque instructos, qui nullum patiuntur penes se aduenam.

Stobæus serm. 42. Peregrinos in Sparta vitam degere non licet, neque Spartanis in peregrina regione.

Lycurgus
Durius.

Vt itaq; in amorem hospitalitatis incitentur omnes, sciendum à Deo munificè compensari in hoc & in altero seculo.

Remun-
ratur ho-
spitalitas
in hac vi-
ta.

Gen. 18. Nonne Angelus faustum rulit nuntium Abrahamæ, dicens futurum vt anno reuoluto vxor eius pareret ei filium, in remunerationem hospitalitatis &

HHH 5 huma

humanitatis, qua vsus fuerat in se & socios suos, filios suos, non vt Angelos, sed vt homines aduenas & ignotos? Quin amplius, opinatur Philo Iudæus hospitalitate illa promotos in virtutis studio omnes Abrahamicos domesticos.

Philo Jud. l. de Abrahamo: *Certè sic existimandum est ad eorum introitum partes omnes domus profecissimè melius, afflatus aura quadam virtutis absolutissima.*

Orig. homil. 5. in Genes. Vatabl. c. 6. Iosue, merito-ria, cau-ponaria, &c. 2. Iosue, erat cau-pona me-ritoria. Gen. 19. Nonne Loth monitus fugere cum suis in domam: imò verò nonne vi eductus, & in locum tunc deductus, solummodo quia eosdem Angelos ignotum hospitio susceperat? Nil enim præter eam hospitalitatem singulare per scripturas in ipso deprehēdimus.

Iosue 6. Rahab, aut meretrix (iuxta versionē communem) aut cauponaria (secundum Vatablum): ut fortassis, & meretrix & cauponaria, vt sit frequenter nonne seruata cum vniuersa patris familia, ac facultatibus suis, quod exploratores Iosue suscepisset, & excoltaisset apud se domi?

3. Reg. 17. Nonne inopi viduæ fuerunt adacta bona, farina in vase, oleum in lagenâ, quamdiu fœua fœua vniuersam regionem afflixit, præterquam quod filius eius ad vitam reuocatus fuit, quia Elia toto fœua tempore aluit, & suscepit?

4. Reg. 13. Elifæus Propheta nonne filium spondæ mulieri hospitiæ? Eundem mortuum vitæ restituit. Nonne alteri oleum auxit, quoad creditoribus impositis satisfaceret?

Liceat, Auditores, bona venia referre gesta nostri æui. Noui probum, probatumq; virum, ad quem crebro diuertebant S. Francisci fratres. Is aliquando obseruauit inter cætera vas cereuisiarium plus solito durasse, cum solito plures aduenissent fratres. vnde dubitauerunt abijt in prouerbum, si quando vas vnum diutius aliter duraret, S. Francisci vas. Quæ refero, non in gratia mei ordinis, aut vt sic commendatus magis habeatur, sed quia verissima sunt; & ego testis fide dignus magis in his, omni alio, vtique viri illius ingenui, virtuteque præ-

Zona à zara deduci, q̄ fornicari significari tunc meretricem significabit.

præstantis natus, quem vita functum possum & debeo
hominare honoris causa ; in quem Deus tam munifi-
cum se præbuit, in præmiū, reor, hospitalitatis ipsius,
vt quatuor filios eduētos seculo ad religiosos ordines
transfulerit ; duos in ordinem S. Francisci ; tertium, S.
Norberti in Belgio ; quartum S. Hieronymi in Hispa-
nia : faxit Deus, vt ad suam gloriam, nostramque om-
nium, & parentis salutem. Progrediamur.

Ioan. 11. Nonne ab inferis reuocatur anima Lazari
quatruiduani, propter hospitalitatem Marthæ?

Luc. 19. Nonne Zachæus ad meliora penitus cōuer-
sus, vbi Iesu Christo parasset prandium?

D. Greg. tom. 2. homil. 39. in Euangel. Quod splendi-
dus præmium aueatis quam quod contigit religioso
optimo, cui nomen, Martyrius? Is, inquit S. Grego-
rius, Monachus fuit vitæ inculpatæ, integerrimæque:
qui aliquando è monasterio suo, ad aliud cuius & ipse
pater erat profectus, offendit leprosum, vnde quaque
luridum, liuidum, aspectu horrendum, ad instar Laza-
ri Evangelici, qui reditum ad ædiculam meditabatur *Luc. 16.*
eadem qua pergebat Martyrius via, ast præ nimia lassitu-
dine ea peruenire nequibat. Iraque vir Dei misera-
tus miseri defatigationem, vestimentum deponit, in
via expandit, expanso leprosum imponit, & colligatū
in humeros tollit, baiulatque. Mirabile. Appropin-
quante Martyrio monasterio, loci pater spiritualis ex-
clamat: *Currite, ianuas monasterij citius aperite, quia
frater Martyrius venit dominum portans vt peruenit ad
monasterium, qui humeris leprosus putatus gestaba-
tur solo insilit, & eam referens speciem quâ commu-
niter Iesus Christus exprimitur, caelos repetijt dicēs ad
Martyrium spectantem: Martyri, tu me non erubuisse
super terram, ego te non erubescam super caelos*

Ingresso Martyrio monasterium, quæsiuit Abbas:
Martyri frater, vbi ille quem humeris gestabas? Ad
quem Martyrius: Si virum nouissem, eius pedes
complexus fuisset, refereratque inter baiulandum
nullam à se expertam oneris ponderositatem. Qui
quæso pondus sensisset, portans eū qui omnia portat?
O quam

Quam splendida festinaq; remuneratio charitatis
miseri cordiæ præstitæ in peregrinum inopem, igne
afflictum!

Marcus Marul. l. 2. c. 3. exempl. Quis nesciat magis
S. Gregorium, excipiendo frequenter peregrinos
genos, membra Iesu Christi, meruisse aliquando
ceteros & caput excipere? *Eo quod ceteris quidem
hæc membra sua hospitio, mensaq; acceperit, dignum
qui hesternis acciperet & caput?* vnde aduertite per
Iennam, verissimum, quod Christus dixit, nimirum
iustitiam suam præstitum, quicquid in pauperes, & me-
mos suos fieret. vnde & in iudicio extremo non dicitur
Collegistis, suscepistis que meos, cum palarentur in
certum: ea ipsius curiæ non est praxis, sed; *Hospes
& collegistis me.* Quorum causa, inquit S. Augustinus
haud facillè peregrino denegandum est hospitalitatis
officium, ne cui domum clausuris is sit ipse Christus.

Matt. 25.

D. Greg. tom. 2. homil. 39. in Euang. *Quisquis
bona opera indigentibus exhibet, ei hæc specialiter im-
dit, cuius hæc amore exhibuerit. Et tanto plus quisq; ma-
iorem mercedem recipit, quanto nec eum despiciat, qui
placius despiciendus videtur.*

D. August. l. contra hæres. 5. *Disce Christiane sine
cretione exhibere hospitalitatē, ne forte cui domum cla-
seris, cui humanitatem negaueris, ipse sit Christus.*

D. Ambr. l. offic. vides quia Abrahamum Deum recepit
hospitio, dum hospites quarit: vides quia Loth Angelum
recepit. vnde scis an & tu cum suscipis hominem, suscipias
Christum, licet in hospite Christus sit, quia Christus in pau-
pere est, sicut ipse ait: *Hospes fui.*

Sicuti nostro tempore, quia inops rusticus Franci-
cum Regem palantem ignotum tuguriolo suo huma-
nè accepit, munifica mercede donatus est, scopis rusti-
ci ingenti pretio distractis in curia, iussione Regis: ita
plerumq; excipitur, aut repellitur Iesus Christus in-
cognitus, vt in Bethleem, ortus eius vespere: cuius &
exceptionis, & repullæ haud exigua sunt & præmia, &
supplicia.

Quid.

Ouid. l. 8. Metam. fab. 7. Ingeniosus Vates fabulatur annosos coniuges Philemonem & Baucim, nihil magis quam homines mortales suspicatos collegisse hospitio Iouem & Mercurium, alienam simulantes personam, ubi à sexcentis alijs hospitalitatis iura ipsis fuissent denegata.

Mille domos adiere, locum, requiemque petentes,

Mille domos clausere sera, tamen vna recepit,

Parua quidem stipulis, & canna tecta palustris.

———— super omnia vultus

Accessere boni, nec iners pauperque voluntas.

Verum remunerationem attendatis velim. Fingit idem Poëta, vina in vasis creuisse: Deos simulata specie deposita, in montem excelsum eos sustulisse, subita eluie vicinis inhospitalibus vniuersis extinctis: omnibus alijs absorptis ædibus eorum casam substituisse, hanc in magnificum phanum transformata; bicipites palos in columnas excelsas, fulvas stipulas, in aurum optimum; porticus cælatas, & varijs distinctas, pavimentum asperum, vario stratum lapide: ipsos templi sacerdotes constitutos, cum facultate vno eodemque die concedendi naturæ vtrumque, ne alter alterius mærore anxaretur.

Ibidem.

Dijque sumus, meritaque luet vicinia penas

Impia, dixerunt, vobis immunibus huius

Esse mali dabitur &c.

Idem l. 11. Metam. Narrans humanè exceptum Iouem ædibus Mydæ,

Qui simul agnouit socium, comitemque sacrorum

Hospitis aduentu, festum genialiter egit

Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.

Mox subiungit Deum illum præmium dedisse, ut quicquid peteret obtineret, auarumque Regis animum postulasse, ut quicquid corpore attingeret verteretur in aurum; obtinuisseque. *Ibidem.*

Ille male vsurus donis, ait, effice quicquid

Corpore contigero fuluum vertatur in aurum.

Annuit optatis, nocituraque munera soluit

Liber,

Liber, & indoluit, quod non meliora petisset.

Addit deinde, voto illo & eius concessione non
quàm vtiliore, quod fercula cuncta vertereant
aurum, nec ad sustentationem capere posset cibum
petijt à damno aureo absolui, ilicò postulara obtu-
isse. Quid verò sibi vult metamorphosis illa omni-
in aurum? Si amoto velo, rem penitus inrolu-
mus, arbitrer velle, omnia ipsi pro voto in posse
obrigisse prospereque successisse; aduersa à sedibus
perpetuò exulasse: Et vbi hospitalis homo à
quicquam petierit, vnica voce, voto vnico impetra-
rum. Plaut. Mil.

In bono hospite, atque amico, questus est quod summi
Fertur quoque Latona fugiens, vtero gestans Apo-
nem & Dianam, cum nusquam suspiceretur, tandem
in insula Delos collectam. Ouid. l. 6. Metam.

Instabilemque locum Delos dedit.

Cuius insulae exinde ea securitas fuit, vt & ipsa
sæ indicto vniuersæ Græciæ bello, Dijs & hominibus
vt ait Cicero, ad eam appellentes instructi nauibus
mille, nihil prorsus nocuerunt: quin pridem instabi-
insula, & tremoribus frequentibus concussa firmi-
tem, stabilitatemque obtinuit, in hospitalitatis tra-
ram, vti canit Poeta. Ouid. l. 15. Metam.

Tempusque fuit quo nautis in undis,

Nunc sedet Ortygia

Idem li. 4. Fastor. scribit Cererem Deam resuscita-
se infantem hospitis, in iucunabilisq; nortuum.

Terque manu permulsit eum, tria carmina dicit
Dies me citius deficeret, quam eiusmodi narra-
nes.

Ex Seruio. Eleusin, ciuitas est Africa provincia
longè ab Athenis, in qua cum regnaret Cælus & Cererem
filiam querentem liberalissimè hospitio suscepisset, illam
remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae. Filium
quoque eius Triptolemum, recens natum, per noctem
fouit per diem diuino lacte nutriuit: & eum impositum
currui qui alatis serpentibus traheretur, per totum orbem
misi ad usum frumentorum hominibus indicandum.

Natalis
Com. l. 9.
Mytholo-
gia c. 15. in
fine.

Ortygiæ
vel Orty-
gia olim
nunc De-
los dicta.
Cicero 3.
in Ver-
rem: Delo
tetra mo-
tu con-
cussa.
Vide Thu-
cyd. l. 2.

Quamquam verò fatear, & probè nouerim fabulosa ista, sunt attamen innixa veritati, eoque tendunt vt persuadeant nunquam aut rarissimè irremuneratam inhospitalitatem in hac vita.

Tametsi verò nullum decerneretur præmium in his inferioribus; attamen merces & honos qui Deo autore hospitalibus aduenient post fata, plus nimio sufficiunt vt eam virtutem persuadeant. Imprimis, quantum ille honos, coram vniuerso orbe commemorari à Deo in die iudicij hocce opus inter alia misericordiae opera? Dicet. *Hospes fui, & colligistis me* Quantum decus benefacta nostra quasi classico promulgari ore Domini nostri coram amplissimo consistorio, constante vniuersis creaturis rationalibus, caelestibus, terrestribus, & infernis? Adde, quod sequetur ilicò præmium: non solum vana gloriae aura: Mox enim vultu, habituque Maiestate eius dignis dicet. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Ibi non erit solum *hostimentum*, quod adiunt, compensatio tanti, tanto: sed caelum pro terra; æternum pro temporè; sedes perpetua, pro transitu; bona omnia, pro calice frigidae retribuentur. Non serualet Deus hospitalitatis communia iura? Eum, qui me hospitio suscipit, & liberaliter excipit peregrinum, si aduenam inuenero in patria non ingenuè & cum fœnore excepero? Iubet ratio.

Virgil. 4. *Æncid.*

Ego te quæ plurima fando

Enumerare vales, nunquam Regina nego

Promeritam, nec me meminisse pigebit Elisa

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

Pl. 40. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperè, in die mala liberabit eum dominus.*

Pl. 111. *Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in aeternum non commouebitur.*

Præstet itaque quisque quod monet Isaias. *Frangere esurienti panem tuum, & egenos vagosque indue in domum tuam; Quodq; à se præstitit dicit Iob: Foris non mansit peregrini*

Hospitalitas honorata & compensata post fata: 1.

Matt. 25.

peregrinus; ostium meum viatori patuit. quod quæ
 ille præstitit prodigo aduenæ, ignoto, lacero, fame
 tenuato, ac forte plagis vlceribusque lurido, ad
 Lazari Euangelici; non plagis gloriose in præliis
 ceptis, sed turpiter Venere partis, *inhonesto vlcere*
 sic ratiocinatur ciuis ille: Cautè explorandum est
 nam suscipiantur; hic adolescens ignotus est; si
 nostrum quidpiam surripiat: annona breuis est;
 facinus coget egestas: fortè omnes nos sua lue
 ciet: quis enim nouit vnde sit, & quò tendat? Pro
 garrunt nonnulli, obtrudentes velamen ferocia
 suæ. Non dicit: Lacer hic adolescens, impetiginosus
 vlcerosus, forrassis lue Venerea tabidus, capite glabro
 nos aut pueros nostros simili tabe inficiat, vt bellum
 minimè; sed simpliciter, omisso multiloquio, cum
 cipit, & in famulū assumit, exploratum habens, & co
 deas firmiter (quod & credere nos oportet) Deum
 hospitaliū incolumè seruat vitā, vt Loth, qui mortuos
 liberos hospitaliū ad vitā reuocat, vt hospitaliū Elia
 Elisai: qui hospitalium resuscitat fratrem, vt Lau
 rum, Martha & Magdalena, nullatenus passurum
 peregrinis benignè misericorditerque susceptis
 aut iacturam pati hospites: aut si patiatur, posse san
 re ægros, non minus quam resuscitare mortuos: aut
 si corpora emori sinit, idè vt resuscitentur & æternam
 viuant anime. Ciuis iste, ô diuites, pulcherrimam, glo
 rantissimā vobis sine strepitu prælegit suam & templa
 lectionem, energiosem quàm multorum verborum
 sonoro clamore: si lubet proficite.

4. Deinde, quis non miretur ciuem illum, prodig
 herum, quod in tanta annonæ caritate pauperes con
 gruis operibus exercuerit, adeoque multa bona sim
 præstiterit; obuiando otiositati, malorum omnium
 parenti; alendo egenos, misericordiā; in sudore vultus
 iusticiā. *In sudore vultus tui vesceris panem, nec
 propriæ rei oblitus, prouidentia. Misit eum in sulcum
 suam, vt pasceret porcos.* Ne torperet otio, & vt labor
 stypem mereretur, mittitur in villam pascere porcos.
 Quem consultò imitabuntur qui opibus valent, oc
 cupant

Gen. 14.

3. Reg. 17.

4. Reg. 3.

Ioan. 11.

Ciuis pro
 digū exci
 piens tem
 pore fa
 mis, mise
 ricordi
 ter, pru
 denter, in
 ste se ha
 buit.

1.

2.

3. 4.

cupando pauperes, aut ædificijs & operibus publicis urbis, aut structuris priuatis; aut operibus congruis oportunè quæsitis, vbi regnauerint fæminæ iniuria temporis, belliue, aut arcta obsidione cinctæ fuerint vrbes.

Adhęc, prudentiam extollo, quòd omnis artis ignarum omninò cernens adolescentem; (namque vbi aliquam didicisset? In patria domo, vbi ceu regulus colebatur? Aut ab amasijs, penes quas epulis vacare, scyphos exhaurire, voluptates captare, doctus erat?) Insuper, inciuilem, immorigeratum, sensus communis nescium; lacetis indutum, vix collectis panniculantis aliquot sordidis ex naufragio, dicam? aut amoris incendio; extenuatũ, macilentum, deposito succulento vultu nupero; & Venere, fame, longa peregrinatione, pertenui hospitio, exhaustum: parum litteris imbutum, cui parens nunquam persuadere valuit doctrinæ splendorem; animo hebetem, & stolidum, & quasi absorptum nimio luxu, & fædis voluptatibus: ex manibus indicantem se labori non assuetum, nec vultu ingenuum quidpiam præferentem; ac nesciens quibus eum occuparet, miserit eum cõgruè, rusticum in rura sua; stolidum, in custodiam stolidissimorum animalium; hebetem, ad opificium characteris maioris: *In agrum seruus.* Atque, *misit eum in villam, &c.*

Prudēter.

III.

I.

2.

3.

4.

5.

Prouerb.

Hesychi.

Ista scrip-

seramus,

antequã

veniret in

manus

Maldona-

ti cõmen-

tarius.

* Cic. l. I.

Tuscul.

Athenaus

lib. 3.

Joan. Maldonatus, Misit in villam; *Hæc etiam verba emphatica sunt: significant enim ciuem illum nescisse quodammodo quid de illo perduto adolescente ageret.* Iubet rerum conuenientia quemque ijs studere ad quæ natus est. *Ne sutor ultra crepidam.* * *Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat.* *Asinus, ne ad lyram.*

Horat. l. I. e. pist. 14. ad Villieum:

Quam scit uterq; libens, censebo exerceat artem.

— *Tractant fabrilia fabri.*

Jdem in arte:

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.

Equo ephippium, & petoretum, boui aratrum tribuatur, Sceptrum Regibus, plectrum cytharadis.

III

Hora-

Horatius in arte.

Ne forte serviles

Mandenter iuueni partes, pueroque viriles.

Sic prudens genitor obseruat quibus liber quisque sit aptior; ac iuxta ea quæ notarit, alium bunt scientijs, alium ad malitiam componit; alium matrimonio collocat, alium in monasterium ab Archimandritæ circumspecti, id ipsum; ac iuxta eiusque naturam munia distribuunt: ceconomia præficiunt, istum choro; illum scripturati, alium orationi, alium concionibus, confessionibus excusis &c. vacare iubent. Pari modo se habuit Dominante aetate nascentis Ecclesiæ, in qua, *Ipse dedit* *dam Apostolos, quosdam autem Prophetas: alios euangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad instructionem sanctorum in opus ministerij.* Namque nihil in ligno non sit Mercurius; nec ex omni ære ferrea.

Ephes. 4.

Iustè

IIII.

*Terent in
Andr. act.
1. scen. 2.*

Deinde, ut simul iustè ad hunc seruum se habent aduertite. Non enim cervicibus imponit onus *pus* viribus eius impar; non dat eum in pristinum iumentum. *Cesum te in pristinum Dauem deditam* *necem;* aiebat aliquando Simon ad Dauum. Non uat sarcinis, sub quibus vel ipse Atlas Herculeus faciat, ut nonnulli; quibus mox ut fuerit famulognanter extraneus, quasi mancipium excipiunt *gant onera insupportabilia;* nulla habita ratione *virium &c.* quod è diametrio pugnat cum lege quæ iubet,

Leuit. 25. Si paupertate compulsus vendiderit frater tuus, non opprimes seruitute famulorum: non facies eum famulari famuletum seruili, id est, non facies eum famulari famulatu seruili, id est, non teris eo tanquam seruo.

Plautus in Amphit act. 1.

*Hoc magis miser est, diuitis seruos
Noctesque, diesque assiduo satis superque
Quo facto aut dicto adest opus, quietus ne sit
Ipse dominus diues operis, & laboris expertus.*

Quodcumque homini accidit, * liberè posse retur
 Equum esse putat, non reputat laboris quid sit,
 Nec equum, anne iniquum * impetret cogitabit:
 Ergo in seruitute experunt multa iniqua.
 Habendum & ferendum hoc opus est cum labo-
 re.

* Liber,
 forte me-
 lius ver-
 bum pis-
 tes, ut po-
 natur cũ
 accidit.

Id plane Pharaonicam redolet tyrannidem. Aduer-
 na, & ignotus, si probus, non minoris faciendus quam
 ciuis & patens; imò, ex sensu quorundam, præfere-
 ndus est Peregrinus iustus, non modò cine, sed etiam co-
 gnato magis faciendus est. ait Pythagoras quodam lo-
 co.

Lux sic &
 veritas
 maior.
 * alias
 imperet;
 melius.

Exodi 23 Peregrino molestus non eris.

Ecclesi. 33. Si est tibi seruus, fidelis tibi sit quasi anima
 tua, quasi fratrem sic tracta eum.

Opprimere seruum, ispirat Pharaonicum; olet
 obliuionem naturæ, communis & domino, & seruo,
 vnius patris communis. Et illorum & vester dominus
 est in calis. Redemptoris communis vnius; pretij paris,
 & Regi & famulo Nunquid non in utero fecit me qui
 illum operatus est & formauit me in vulua vnus, inquit
 Job? Obluisci est eadem esse sacramenta & domino
 & seruo. Heus heri, materia, gressu, aspectu, idiomatis
 alii vosne à seruis? vino vos, aqua serui renati? Domi-
 ni; confirmatione vos ab Antistite chrisinate sacro
 condito bal samo: famuli verò oleo communi à lita-
 tore priuato? Communicatis vos Euangelio melleo;
 famuli felleo? Paradiso celesti excipimini post fata;
 famuli terrestri? Domini, soline fruimini visione bea-
 tifica diuinitatis Iesu Christi; serui sola visione huma-
 nitatis? Neutiquam. Et domini & serui pariter homi-
 nes; pariter filii Dei; pariter à Iesu Christo redempti,
 vno are, sanguine pretioso eodem; baptizati eadem
 vnda, vna eadem forma; confirmati eodem chrismate;
 communicantes eidem sacramento altaris; edocti
 eodem Euangelio; hæredes eiusdem gloriæ; compre-
 hensores eiusdem præmii essentialis. Deus bone; vt a-
 pud te omnes sumus pares?

Ephes. 6.
 Job. 31.

Ephes. 4. Personarum acceptio non est apud Deum.

Pulcher
est locus
Macrobij
in cōmen-
dationem
seruorū.

*Et apud
Senec. l. 6.
epist. 3. re-
perias.

Clemens Alex. l. 3. Pædag. c. 6. *Aufer mundum, & seruos à dominis, nihil inuenies dominum ab emptitijs mancipijs, non incessu, non aspectu, non ne, adeò sunt similes mancipijs. Quin etiam in hoc pant, quod sint seruis imbecilliores, & ita educati sint magis valetudinarij.*

Macrobi. lib. 1. Saturn. c. 12. *Tibi autem videri tantum, & tam immane fastidium? Quasi non et tibi & constant & alantur elementis; eundemq; ab eodem principio carpant. Vis tu cogitare eos tuum vocas, iisdem seminibus ortos, eodem fructu viuere, aquè mori. Serui sunt, imò homines. Serui imò conserui. Si cogitaueris tantundem in vitro fortuna: an tu illum videre liberum potes, quam*

*seruum. * Nescis qua etate Hecuba seruire capis, qua sus qua Darij mater, qua Diogenes, qua Plato ipse.*
Matt. 18. *Nonne oportuit & te misereri conserui?*
Deus commenurans leges ad vires nostras nos docet iustitiam. Mandata mea, inquit, non dunt facultatem tuam.

Deut. 30 *Mandatum hoc quod ego precipio tibi non est supra te.*

Philo in libro de victimas offerentibus: *Nihil Deus exigit graue, multiplex & arduum, sed simplicem & faciliam, videlicet ut eum tanquam bene diligas, si non libet reuereri ut principem ac dominum incedas per vias ei placitas.*

Pf. 93. *Nunquid adharet tibi sedes iniquitatis, & gis laborem in precepto?*

Si quod excedit virium nostrarum captum peret Deus, à iustitia procul abesset.

D. Aug. ferm 61. de tempore: *Impossibile aliquid potuit imperare qui iustus est, nec damnaturus est nem pro eo quod non potuit vitare, qui pius est.*

Vide Basilium in Pf. 44.

Concilium Trident. sess. 6. cap. 11. *Deus impossibile non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & tere quod non possis, & adiuvat ut possis.*

Ipse etiam Dominus ad libellam roboris huius

uas constitutiones composuit. *Iugum meum suauē est, onus meum leue.* Quod iugum, quod onus, quam mandata? Matt. 111

1. Joan. 6. *Mandata eius grauiā non sunt.* Eò enim endunt ipsa vt secundum naturam viuamus; quod equè facillè est ac lapidem infernè pellerē, qui naturaliter inferna appetit. Leges eius quam amorem iubent nihil; in amore vertuntur omnes: compressis, complicatisque vluis eius præcepta perfici queunt; otium imperant cuncta; dempto primo & quarto, quibus honor Dei & amor parentum imperantur. Eius consilia arbitrij nostri sunt, & placito relicta nostro. *Qui potest capere capiat, dicit de continentia. De virginibus præceptum Domini non habeo.*

Matt. 19.

Decet certè legum autorem, inquit Plutarchus, spectare ad facultates hominum ordinarias, si paucos exemplo vtili plexos, non verò plures inutiliter cupiat. Heu! In nos pietissimus est Deus: nos inhumani, immericordē sue in compares, quos fortuna paulisper alterauit, & superficie tenus dissimiles fecit! Quid? Iubet natura non alligari equo onus viribus & ætati eius impar, aut commiseratione, aut vt diuturnius præster officium, ne opprimatur: similiter dicat ratio, non deprimendum contignationem, currum, ratem nimio pondere; nec persuadeat imponere subditis onera & officia nimia, ne sub ijs deficient? Quantum chaos! Est itaque vobis apographo cuius iste, ô domini: & vt decreuit munus prodigo capacitati eius accommodum, & vos simile in similibus, præstate.

1. Cor. 7.

Plaut. tomo 1. vit. in Solone.

5. Præterea, suspicor multa verborum lenitate conspicuum; quia nullum eius atrox verbum, aut actum seuerum deprehendo: non lego fustigationes (quod citra dubium omne exprimeret Euāgelista, si ad calamitatis culmen in eiusmodi herum incurrisset prodigus;) sed simpliciter dicitur misisse eum in villam suam. *Misit eum in villam suam, vt pasceret porcos.* Ac si diceret: Charissime, tui muneris partes erunt indies abire; sedulo coge, foue, serua pecus: huius operis curam

Manfustè.

v.

ris curam tibi incumbere scito, amice. Am-
 uit eum, *misit eum*, non abegit. Imò verò
 struat non comitatum urbanè eò vsque, aut
 bente prodigum in villam deuectum? Verbum
 cum etenim etiam significat deducere, comitat-
 here eum qui aliquantisper nobiscum cōmoratur
 Domini verò illi, non nisi imperiosè norunt

Plautus
 in Asi-
 naria.
 Passim a
 pulcomi
 etc.

Æacidinis minis, & verberibus. Abi ruratum
 ste, ganeo, aiunt. Tu, *fur, furcifer, trifurcifer,*
morio, nebulo, tenebrio, carnifex, proditor, truen-
um litterarum homo. Pergin' ? Si surrexero, *ma-*
des: vax capiti tuo: aures vellicabo; & fuste later-
dam. Latera conteram tua, qua occalvère plagis. Tu
quam pracidam atq; oculos offodiam domi; & alia
similia eudmūt clamosè, quæ nullatenus prob-
 tò melius, qui eos proprijs compellant nominibus

Terent. in Andr. Act. 1. scen. 1. *Sofia, ades dum
 te volo.*

Aut nomine appellatiuo, sed humano, vt apud
 Macr. l. 1. *cos comicos, Heus puer.* Humanius Romanis
 Satu c. 11. serui olim dicebantur familiares. Vt mansuetu-
 quebatur Centurio ille, qui de more sacris literis
 cepto, seruum dicebat puerum suum; *Puer meus*
in lecto paralyticus! Vt mitius imperabat militem

Luc. 7. *Dico huic, vade, & vadit: fac hoc, & facit.*
 Matth. 8. mor incutiendus est. Ira est, sed non eo modo
 de, malo mansuetudine diligi à seruis, quam asper-
 timeri. Opto magis, inquebat Philippus Ma-
 multo tempore dici bonus & utilis, quam pauca

Macr. ubi
 supra. *Colant te potius serui tui, mihi crede,* quæ
 Senec. ep. *meant,* dicebat Macrobius post Senecam: seruis
 2. lib. 8. timore percitis, tutus esse nequit herus. Nemo
 Idem vi- *lis potuit esse securè,* ait Seneca. *Multis terribilibus*
 dentur li. *multos,* aiunt proverbio. * *Nemo amat quos timet*
 6. epi. 47. *Idem lib. 2. de ira: Neesse est multos timere quos*
 pulcher *ti timet: ita natura consuevit, vt quod alieno metu*
 est locus. *gnum est, à suo non vacet. Quicquid terret, &*
 dat.

* Idem li. 4. de benefico,

Macrob. libr. 1. Saturn. cap. 11. *Non potest amor cum timore misceri.*

Ab austeritate illa fit vt plerumque sint nobis domini tot hostes, quod serui: nam qui timet, odit; qui odit, vitium eius expetit quod odit. *Quem quisque odit, perisse expetit.* Quibus causam damus, quia superbi, conumeliosi, feroces in eos sumus; quia quasi tyranni in vniuersa nostra Republ. faciendo, dicendo, non quod licet, sed quod libet. Ex quibus colligi potest magnos fore nos tyrannos, si magnæ nobis Reipubl. cura inuumberet. *Tyrannus est, apparatus tantum minore Philo. 1. de differens, ait Philo, de istiusmodi Non audebit labia mouere seruus, vt loquatur; non tussire, non sternutare, non singultire, non offitare, non gemere, non suspirare, ni colapho, aut aspero verbo. Oderint dum metuant, versant ore iugiter, aut corde. Iuuenal. satyr. 6.*

Pone crucem seruo, meruit quo crimine seruus, Supplicium? Quis testis ad sit? Quis detulit? Audi. Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est. O demens, ita seruus homo est? Nil feceris, esto. Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Imperat ergo viro.

Tere. in Andr. act. 1. scen. 3. vox Dauis. *Silibitum fuerit*

Quo iure, quoque iniuria precipitem me pristinum dabit.

Hinc quoque fit, vt absentes heris tam sint dissoluti; & eorum ora quasi confuta presentibus heris, iis absentibus pateant vt valvæ, indeque maledicentiarum plaustra onusta educaunt.

Inde etiam euenit, vt eorum opera cuncta sint *coacta seruitia*, sicutque ipsi *ad oculum seruietes*, vt ait Apostolus. *Quod si blandè compellarentur, omnia optimo ordine fierent, & alacriter, tam presentem quam absente Domino. Recordaremini aliquando, o domini immites, seruos vestros esse homines, esse confratres vestros, non asinos, non iumenta, vt adedè durè excipiantur. Sunt generosi quandoq; quin etiam Philos. vt Phædo Platon. vt Epictetus, vt Perseus serui Zenonis;*

Joseph, Daniel, & serua illa Romana nomine
Macr. l. 1. vel *Philotis*, quæ miro ingenio matronas, virgines
Satur. c. Romanas vniuersas seruauit.

II. Aristot. l. 1. Polit. c. vlt. sub finem. Non bene
 qui seruos spoliant ratione, inquit Aristoteles
 Homerum, qui *Odyss. 5.* sic ait.

Aliter Dimidio mentis depriuat Iupiter illos,
pauid. Seruulis quoscumque viros fors dederit
 Volunt quoque serui regi blandè, & humane
 mines, vt rationales. Quidni?

i. Pet. 2. Clemens Alexand. Pydag. l. 3. cap. 11. Neque
 mulis tanquam iumentis vtendum est ei qui fuerit
 mentis. Quemadmodum enim illis precipitur vt
 ni metu dominis non solum bonis & clementibus,
 iam morosis & prauis (ait Petrus) subiiciantur: ita
 tas, & patientia, & benignitas dominis pulchre conuenit.

Nulla ratione mihi probatur quorundam
 consultorum placitum, qui dicunt. Seruis nullam
 viam fieri, sed Dominis, adeo vt etiam contra eorum
 uitium fecerit seruo, aut pugno eum percusserit, non
 sit actio.

Terent. in Phorm. act. 2. scen. 1.

Seruum hominem causam orare leges non sinit
 Neque testimonij dictio est.

Alex. ab Alex. l. 3. cap. 20. Ast meo iudicio sapienter
 cauit Cæsar Augustus, ne ferocirent domini in seruis
 & decretum edidit de potestate dominorum in
 uos: cuius exëplo idem sanxit post Antoninus, &c.
 Et aliquid, ait optimè Seneca, quod in hominem
 commune ius animantium vetet.

Exodi 21. Qui percusserit seruum suum vel ancillam
 virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminatus
 rit, cauit lex diuina.

Justinianus Imper. l. 1. instit. rubr. De his qui seruum
 vel alieni iuris. Ex constitutionibus Domini Pij
 ni, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus
 ri iubetur, quam si alienum seruum occiderit.

Discite, non terribiles esse seruis, sed blandi. Sit
 vobis pietas materna, & seueritas paterna: nõ sint

bra verbera, quin nec verba aspera. *Domini, benefacite seruis vestris*, monet S. Paulus. Persuasum habetote, o domini, futurum aliquando, vt seruorum causam optet Deus; atque oppressorum vox mugiat in cælum, in cælum: clamans vindictam in dominos inhumanos.

Gal. 5.

Philo lib. de special. leg. *Vlrix et resistet iustitia, propugnatrix iniuriam patientium.*

Cicero i. Offic. agens de iustitia. *Meminerimus aduersus infimos iustitiam esse seruandam.*

Macrob. l. i. Saturn. cap. 11. Ferunt Jouem miseratum atrox supplicium serui noctu visum Annio, monuisseque traduceret apud Senatum herum trucem. Quo iussa diferente, subito extinxit natum. Rursus monitum & cunctantem infirmitate percussit, quoad in Senatum delatus, rem per ordinem retulit, vixque sermonem compleuerat cum ilico conualuit; ac loipes, vegetusque Senatu exiuit.

Ælian. l. 6. var. hist. c. 7. Non legistis vnquam Lacædæmonios perfidè, aliquando & contumeliosè contra seruos Tenarios, de genere Ilotum commotos, deleuisse eos, ac Deum Neptunū maris præfectum adedò tulisse ægrè oppressionem illam, vt vniuersam Spartam, vrbeinque ipsam tremoribus assiduis quassarit, vt quatuor tantummodò relictis ædibus, omnes penitus prostrauerit? Ego verò arbitror nequaquam fluctibus maris rubri Ægyptios absorptos vnà cum Rege, si eorum quisque non oppressisset, affixissetque peculiariter suum Hebræum, vt & Rex vniuersum cæcum Israeliticum. Sit itaque vobis commiseratio, & pietas in seruos vestros: pensite laborare eos & seruire frequenter, vobis otiantibus: eos ieiunare vobis vescentibus; non audere respirare, vobis iucundè confabulantibus; & animis vestris ab omni cura liberis, eos operibus & cogitationibus multis destineri. Alioqui, pulset præcordia vestra commiseratio vestri, ne iram Dei incurratis, quæ eorum causam propugnât. Emulamini prodigi herum, cuius nullum lego asperum & ardu-

arduum præceptum. Misit illum in villam suam
 sceret porcos: cuius nullum lego verbū impet
 probrosumve; nullam fustigationem quibus
 gus abigeretur rus. *Misit eum:* ait blandè; heus
 perge, tui muneris erit pascere porcos.

Cicero l. 2. de leg. *Feris iurgia amouente, easque
 multis (operibus patris) habento.*

Deum ti- At verò attendite; mauult subulcum esse, quã
 mer pro- fugere ad malas artes, quam militiam sequi. Con
 digus, ma- dit adolefcetes profligatos nostri æui, quibus cum
 nultq; bu- manricam res redierit gula, militiam sequendõ
 bulcum a- muntur. *Non hodie ad lintrem & siliquis
 gere, quã nostratos perueniunt, militia tales recipit, sustentat, &
 delinque- & nobilitat omnes,* ait quidam Neotericus opti
 re.

I. Lucan 10.

*Nulla fides, pietasq; viris qui castra sequuntur
 Venalesq; manus; ibi fas ubi maxima merces.*

Jdem lib. 2.

*Castra petunt magna victi mercede,
 legerat fortè*

*Sciebat, in omne fas, nefasq; auidos aut venales
 milites, non sacro non profano abstinentes. Vincti
 rapto. Hostesne an ciuis comedat, parvipendere. In
 Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Audierat
 militiam, malorum omnium parentem: Chilia
 frequenter vastare & Regem & milites suos: milites
 exhaurire exactionibus populum: alterum fame
 indigentia summa rerum omnium: alterum, ut
 da opima grauis, repetat ceu asylum fœdas harum
 castrenses; quæ aliena pauperie diuites, demùm
 sione, & prodigalitate nimia ad nuperam redunt*

*Cic. Plin. digentiam. Sed non possunt non prodigè viuere, quã
 lib. 11. stra bona sperant cum effundunt sua. Arbitrer certe
 omnibus absteritum. Ni enim horum quidpiam
 stitisset, quidni militiae nomen dedisset, & necessitate
 pressus, & per aratem idoneus? Inprimis, arate
 fimus erat: etenim annum vel vigesimum, vel tricesi
 mum agebat, vti alio loco monstratum est. Adolefcens*

rior erat. Dux sit in his castris senior, dum miles in illis, ait Pompeius. Deinde, assuetus erat aestui, atq; auri, cursu-
tando noctu pruinoso, pluvioso, hiemali calido, occi-
tando ad fores & fenestras amicarum, persequendo a-
uide mixtos fructus vani amoris; cuculustrando sta-
tiones, excubando ante aedes amasiae, ut miles, fores
ducis sui seruat.

Apud Lu-
can lib. 2.

Ille fores domina seruat, at iste ducis

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido,

Attice, crede mihi, militat omnis amans.

Denique; famis & sitis patiens erat domi, militiae-
que; utique assuetus aliquamdiu. Et ipse capit egere.

Verumtamen, et si animum pulsarent ista, militiam
renuit; sapienter. Namque prout videre est (præter
malitiam militiae solitam) nunc militarem discipli-
nam singulariter corruptam; militem nomine (atho-
licum, Deum & Ecclesiam spernere; pauperem deuorare,
ut cadauer vultures; non contentos liberali
prandio gratis apposito, vino & cereuisia per totam
noctem ingurgitare; pecuniam summam haud exigua
extorquere, quasi in mercedem laborum quos per-
lit abliguriendo miseri fortunam; barbarè torquere ni-
iussis pareat ocys; æquè, imò atrocius infestare ami-
cos quam hostes; ac demùm in Regem moliri seditio-
nem, ab eo deficere audere; nec quicquam subducere
velle ex stipendijs, quia à rusticis liberaliter tractatus
(ut sileam periuria & blasphemias execrabiliores Sen-
nacheribitis;) plerumq; pluribus scortis constare co-
pias, quàm militibus; non suaderem vnquam, consule-
remve viro probò militiae nomen dare; potius porcos
pascere cum acolasto, quam in militiam proficisci.
Ohe; quo tendis lingua? De his non est musitandum:
causa hæc ad Senatû referenda est: senatoria sunt ista,
à quibus seu sacris arcentur Ecclesiastici: Ergo pro-
grediamur.

Iterum laudandus aduenit prodigus: quibus lubet Promptè
occupatur moxque paret: non obloquitur, non ob-gerit mo-
murmurat; non quærit, quid hoc? Quorsum, istud? rem.

Cur

Cur sibi potius quam alteri muneris despiciabilis partes demandentur? Quare, *misit eum ut pascere eos?* Non inuenio verbum multisse relictum, & humilem factum in gymnasio aduersor qui in prosperis vel verbum à genitore, à germanis domesticis, plenè sui iuris perferre non poterat. Nunc per similem Aner filio Sebeon, qui missus à te afinas pascere, morem ocyus gessit: Iosepho & uidi, haud auerfatis pascere greges patrum suorum Iosepho, inquam, adiuncto filiis ancillarum. Itaque iussis ocyosissimè paret. O seruum optimum! Iosepho seruus bonus, qui alite pede, qui *vicino obedienter de.* mox ut herus dixerit, *i, ibit: fac hoc, faciet; Dicitur factum.* Sic laudat ipse se Centurio à seruis & milibus: *Dico huic, vade, & vadit; fac hoc, & facit.* Dignè certe imperare Centurio, qui mititare sibi promptè pareretur nouerat obtinere: milites, digni imperari qui ocyus morem gerere sciebant.

D. Benedictus in regula. Terent. in Andr. act. 2. scen. 3. Matt. 8.

Philo Iudæus lib. *Quis rerum diuinarum habeat serui laus maxima nihil ex iussis dominicis contemnat sed impigrè industrièq; vel supra vires conari conatur qui ex illius animi sententia.*

Sic Dominus extollit populum Gentilium, reos ad fidem conuersorum, qui ad primam vocem paruerunt.

Psal. 17. *Populus quem non cognoui seruiuit mihi & auditu auris obediuit mihi. Vatablus: Mox ut aures percipiebant, obsequebantur mihi. Hebræus: Ad aures nem auris collegerunt sese ad me.*

Vide Theol. Mythol. Pictoriij, c. 7. Fulg. l. 2. Myth. in Mercurio c. 17. Homer. ult. Iliad. Ouid in Paride.

Commendatur obedientia ales, impigra, festinansina, colubrinaque minimè; illa, inquam, cui rostrum & stimuli non sunt opus An ideò Mercurius Deorum interpres, fecialisus é, fingitur Poetis alatus, cum desideranda essent placita Diuorum?

Virgilius 4 Æneid.

Pedibus talarita nectit

Aurea qua sublimem alis siue aquora supra

Seu terram, rapido pariter cum flumine portant

Aut aster, dictus Stilbon, Planetarum velocissimus

ipfi tribuitur, vt exprimat^r velocitas in seruo neces-
saria?

Prou. 29. *Vidisti hominem velocem in opere suo? Co-
ram Regibus stabit* Optimus seruus, ilico vt audierit,
perceperitue Domini placitum, non feret moras, sed
dicet; *Ecce ego, mitte me* Ego ipse qui loquebar, ecce
adsum *Ecce venio cito*. Nil enim magis exigit a seruo
dominus quam promptam & sine murmure obedi-
entiam. *Exi cito in plateas*; ait Rex, qui nuptias fecit filio
suo. *Cito, proferte stolam primam*, dicit post parens
prodigi ad seruos. *Quod facis, fac citius*, dixit Domi-
nus ad Judam. *In omnibus operibus tuis esto velox*, in-
sistit Sapiens. Hæc omnia in prodigo conspiciuntur. Mis-
sus in villam pascere porcos, perg^r cito, non obmur-
murans, non quærens de conseruis, *Domine, hic autem
quid?* vt olim sanctus Petrus. Pergit, non attendens ad
conseruos, non imperitans proteruè, vt fit quandoq;
in Magnatum domibus, vbi serui bini sunt necessarij,
claudendo vni ostio.

Iuuenal. satyra 5. *Maxima quæque domus, seruis est Patiens
plena superbis.*

III.

Aduerto rursus in ipso patientiam, subinsinuatam
dictione Græca *ἔπειθε*, quæ præter significata ordi-
naria, potest quoque denotare ** pompam duxit, pom-
pam egit, celebrauit pompam & ludum: orabat, gloriaba-
tur, ostentabat in pompa, exultabat*; aut dominum o-
stentasse illum, & deuexisse in agrum per modum tri-
umphⁱ, tanquam spectaculum solemne, vt eum collo-
casset in custodia porcorum; prodigo interim vel mur-
muris verbulum non mustitante: Aut prodigum ip-
sum maximi duxisse beneficij loco ablegari in porco-
rum custodiam; & tam in corde, quam exterius exul-
tante gauisum, quod suppeteret exercitium quo vi-
ctum sibi quæreret; beatum se quoque ratum, infæli-
ciorem non esse, subulco. Vt autem scitè concinnetur
verbum *ἔπειθε*, ad hunc significatum, sumendum est
Græcorum *ἐαυτοῦ*, vt quandoque sumitur, pro *αὐτοῦ* &
ex demonstratiuo faciendum relatiuum; sicque sol-
uendum Græcum. *Et pompam egit, scilicet prodigus: o-
rabat,*

* *Plato l.*

l. de legib.

1.

Expositio
longe pe-
tita.

2.

Greg.

rariit. sibi placuit, exultauit: gaudius est uehementer,
 modum triumphantis se habuit prodigus se posse pasci
 aut pastum ducere porcos in agros, scilicet eius Domini
 Beatum duxit ad eam promoueri prouinciam. Ex
 gnam uero laudem. Videtur quidem expositio ista
 nihil violenta, uerumtamen non adeo mihi imp
 pria, ut accommodetur hæc pars textus ad peccat
 res, exultantes, & pompam agentes, ubi scelestum
 cinus perpetrarint: *Latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis*; & eodem gypso alios infect
 rint. Qui quasi ad spectaculum & triumphum rapiti
 a diabolo, peccato alicui subactus. Si huic comm
 tatio transitus concedatur liber, multam euincit con
 stantiam, sufferentiamque prodigi; qui exacerbatus
 nimè tanta Domini contumelia, abiectum illud
 nus ad rem suam accommodum rarus est; plurimum
 que sibi deferri, spectatis demeritis priscis; pari feru
 tate mentis suscipiendo de manu Dei quod patieb
 tur malum, qua nupera bona. Quibus & suo & De
 consuluit honori. Suo: ex hoc enim emicuit eius con
 stantia, patientiaque: DEI, quia sufferentia sua
 stabatur nonnisi meritò a iustitia diuina se plu
 rum.

Ouid. 1. de Ponto, ele. 2. *Talia caelestes fieri præcæ
 gaudent.*

Gen. 42.

*Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratre
 nostrum.*

Michæ. 7. *Iram Domini portabo, quia peccauit ei,
 nec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum:
 ducet me in lucem, uidebo iustitiam eius.*

Psal. 22. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolati
 sunt.*

Prou 22. *Qui seminat iniquitatem, metet mala.*

2. Machab. 7.

*Nos propter nosmetipsos hæc patimur, peccantes
 in Deum nostrum.*

Ouid

Quid. in epist.

Leuiter, ex merito quicquid patiare, ferendum est.

Idem alibi:

Qua venit ex merita, pena ferenda venit.

Idem l. i. de Ponto eleg. 1.

Estq; pati panam, quam meruisse minus.

Job 2. *Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?*

Non dicit impatienter: *Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera; quasi arena maris hac grauior appareret.* Iob. 6.

Sic in aduersis non est nutandum: standum firmiter ad instar annosæ quercus, quæ non mouetur, quantumcumque furiant venti; scopuli, aut montis in mari, qui nullis fluctuum procellis dimouetur: æqua sit in quæstu & iactura lætitia: & imperare, & seruire, par voluptas; Idem assidue præferendus vultus, quemcumque obiecerit fors: non spectandum ad missum lapidem, vt canes, sed ad mittentem; ad manum Dei, quæ flagella, damna, humiliationem mittit; nec non lumina deflectenda in nostra crimina, vt plurimum causa malorum quæ patimur; quò patientia instruamur. Illustris sanè prodigus, qui aduersa ludi sorte vultum præfert alacrem, vt Cato; & qui secundum quid refert Marcum Anthonium, in otio & prosperis dissolutum; in rebus momentosis sedulissimum; nec vllis aduersis à solita mentis & vultus serenitate vquam dimotum.

Plutarchus de Marco Anthonio Triumuiro sic: *Huius viri illud imprimis admirabile dicitur, quod in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit; nec ob res male gestas quidquam de solita voluptate remisit.*

Præterea, ingeniosum comperio; audentem tyrocinium artis à se nusquam exercitæ. Non quætitur animo fractus: *Ecquid molior? vbinam edoctus essem*

essent paleis recentibus saginari hocce pecus? An
rum præsepe an crebrò mundanum, necne? Quis
rim, an prouidendum in futurum glandine, fabis,
mis, pyris syluestribus, alijs sic frugibus putribus,
leguminibus? An horum defectu, hordeo fufurati
mixto, brassici s, rapis, raphanis, alijs que oleribus
xatis pascendum pecus? Ignoro certè, num rede-
bus ab agro feruida iurulenta conducant, tum
bentius redeant alias, tum vt campestrem frigam
cilentiam concoquant; tum vt noctu visceribus
pletis altum quiescant; proculque contagium au-
tur à grege: Horum nihil auditur; sed ait: Sub disci-
na industriæ famis erudiar, ea est omnis artis pater
ipfa Dædalum docuit volare, vt carceres effugere
ret.

Ouid. 8. Metamor.

Ignotas animum dimittit in artes

Naturamque nouat.

— *vt veras imitetur artes,*

— *ignotas humeris accommodat alas.*

Docuit alios supernatare vndis, vt delphinorum
subnatare, vt angues, aut vrinari, vt communiter
ces, alios carinas struere, ceu maris currus; & quæ
non? Adè vt à necessitate (vt milites ab equo Tro-
no) artes omnes eruperint; & sicut Cibele cognita
natur Genitrix Deorum, magna mater: sic dici potest

Virgil. 9. *artium mater necessitas.*

Æneid.

luuenal. satyra 3.

Omnia nouit.

Græculus esuriens, in calum iusseris, ibit.

Ad summam non Maurus erat, nec Sarmata,

Thrax,

* Dæda-
lus.

* *Qui sumit pennas medijs, sed natus Athenis.*

Hugo Didascalicon lib. 1. prouerbiū citat
cens: *Ingeniosa famēs, omnes excuderit artes.* Nouit lo-
gica naturali ratiocinari in semetipso prodigus. Quo-
potest hebes, acutior potest: fame omne animal fit
geniosum; sitiens coruus (adè hebes ales, vt proue-
bialiter hominem stolidum signet) nouit corporis

graviora leuioribus ; duo corpora eodem loco non capi tempore vno; à grauiore leuius pelli (testis coruus, qui iniectis situlæ glareis ; aquam ad orificium quò pertingeret diduxit:) si Cæsaris psittacum docuit fames ex nomine salutare Cæsarem: si fames picæ docentur fingere voces humanas: ego homo, rationale animal necessitate urgente faciliè addiscam, quod nundum exqui potui.

Perfius in prologo:

Quis expedituit psittaco suum XAIRÈ?

Coruos quis olim concanum salutare

Picaeque docuit verba nostra conari?

Magister artis, ingenijq; largitor

Venter, negatas artifex sequi voces.

Vetus dictum:

Fortuna artem inuenit, non ars fortunam.

Ouidius:

Ingenium mala sapè mouet, quis crederet unquam

Æreas hominem carpere posse vias?

Mimographus:

Hominem experiri multa paupertas iubet.

Euripedes: *πείρα τῆς ἄφρων ἰλαχί.* Paupertas sapientiam sortita est.

Adagium Græcum: *πόλλων ὀλίμος γλυκεῖ* *Ἰδιδάσκει δὸς*
Id est: *Multorum fames est doctrix.* vel, vt Erasmi versus habet:

Fames magistra est artium complurium.

Gregorius Nazianz.

Ventris voracitas famem etiam reperit.

Claudianus:

Prouocet vt segnes animos: rerumq; remotas,

Ingeniosa vias paulatim exploret egestas.

Plautus Stichos:

Paupertas omnes artes perdocet, ubi quem attigit.

Horat. 2. ep. 2.

Paupertas impulit audax

Vt versus facerem.

Idem 3. carm. 24.

Magnam pauperies opprobrium, inbec

KKK

Quid:

Quiduis & facere & pati.

Ita prodigus noster infelix licet & artis ignarus nonnulla sibi superesse virtutis penitus non existit. **femina prodit**: uti frequenter in viro optimo deprehendere est inter virtutes nonnullum vitium; in **miæ pulchritudinis facie, maculam**; nec frumtum datur sine paleis. Sint satis ista de Domino & seruitute, lubet, dicamus iam de magno illo Deo, virtutisq; **mino, dispiciamusque** ut æqua iustitia permiserit prodigum seruitutis vilis graue subire iugum, quædem fame laborare. Respiremus aliquantulum per omnes.

Decentia diuinæ iustitiæ ex seruitute rurali vilissimaq; prodigi.

7. **Quanquam supradicta plurimum faciunt adides domini acolasti historialis**; attamen longè æstior splendor iustitiæ diuinæ exinde accedit: **oppo enim æquissimè hinc Deus libertati & prodigi nuperæ prodigi, seruitutem, depressionem etiam.** Ruratur; villam, vel magis casas villaticas magalia incolit; cui sedes urbanæ, & patris curia erant satis; qui educatus fuerat in **fornicibus, vnde nicario.** Immittit calamitates non animi solum, sed iam corporis, ei qui & mente, & opere deliquerat: **clanculum; sed & palam, scandaloseque.** Verum et uerò, persuasumne vellet Deus occupando prodigum qui fædis voluptatibus, earumque occasionibus fecerat nuper, & operibus operosis addicendo, mente solum, sed & corpore, non ei qui factio offensa

Luther. & mente, ut hic, abiectis profligata vita, peccatis occasionibus, nouam inchoare (*optima penitentia*) **phos. l. 12.** *ua vita*, inquiebat Lutherus erronei huius dogmatis **aduers.** author primarius) sed faciendos insuper fructus **hereses,** gnos penitentia?

tit. de penitent. Duo concurrunt, Auditores, in quoque lathaliter; & culpa, & obligatio ad pœnam æternam. Penitentia, & confessione remittitur culpa, nec non obligatio ad pœnam æternam: ea lege, ut hic, vel alibi **Lindanus** nis temporalibus aut à nobis vltro susceptis, aut à **in tab. analyticalicis** uina iustitia inflictis satisfaciamus. Alioqui, quod **heres.** **Job: Ipse me reprehendo, & ago penitentiam in familia**

cinere? Quorsum David totus esset descendo ad ulte- *Argum.*
rio per singulas noctes, cui Nathan ex persona Dei di- *Eucherij*
xerat, *Dominus transtulit peccatum tuum?* Quorsum *Lugdun.*
minaretur Deus donata populo idololatriæ noxa ad *Episco:*
instantiam Moyses, neminem eorum qui peccauerant *sup lib.*
potiturum terra præmissa? Cur Moyses & Aaiõ exclu- *Regum.*
duntur terra promissionis, obtemperata peccati ad aquas *2 Reg. 12.*
contradictionis admissi, indulgentia? Quorsum sua- *Num. 14.*
deret Daniel Nabuchodonosori peccata elemosy- *20.*
nis redimere: ipse Dominus iuberet cuncta ijsdem mû *Dan. 4.*
dare: & S. Ioannes hortaretur fieri fructus dignos pæ- *Luc. 11.*
nitentiæ; qui alij nõ sunt, ex lenso priscorû, quã pecca- *Matt. 3.*
ta lachrymis, & oppositione operû bonorû vindicare?

Christianus Druhmarus expositione in Matth.
Fructum dignum penitentia facere, est præterita mala fle-
tibus punire, & bona è contrario agere.

Eliminando errori, quo statuitur noua vita, om-
nium optima penitentia aptius nihil, quam scripturæ
locus hic: *Fili, peccasti? Ne adicias iterum: & de præteri-*
tis deprecare ut dimittantur tibi. Ibi præcipitur noua
vita; *Ne adicias iterum.* Ast quia non sufficit ipsa, ad-
ditur: *Et de præteritis deprecare ut dimittantur tibi.* Ec-
quid aliud inauit scriptura, quæ dicit; *Cum conuersus*
fueris & ingemueris, saluus eris; quam nouam vitam;
insuper fletus, gemitusque necessarios ad pæniten-
tiam? Et S. Paulus, nonne vult, vt membra quæ iam
ptidem seruiert iniquitati, deinceps iustitiæ studeat?

Rom. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire ini-*
munditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete
membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

Sed sint satis ista. Progrediendum; obseruandumq;
rursus vt æquissimè se habeat DEI iustitia ad acola-
stum plexum.

Ministerio animalium spurcissimorû deputat Deus *17.*
eos qui nil magis sectati sunt, quam scortorû, & scro-
farum Epicurearû spurcitas. *Vnum contra vnum: sor-*
des cõtra sordes. Misit eum in villã suã ut pasceret por-
cos. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Sordes eius pu-
niantur sordibus.

Eccl. 33.

Apoc. 2.

8. L. Florus, & Sext. Rufus Lucan. lib. 1. Sic D
optimus fuit plerumque ut id quod perditè depe
mus, sit nobis in tormentum. Legistis, ô docti,
cum Crassum Romanorum opulentissimum, &
contentum amplissimis possessionibus, stimulan
naritia castra mouisse in Parthos, cælum à Poma
te, ac ori eius infusum aurum liquatum, cum hoc
broso sarcasmo: *Aurum sisti, Crasse, aurum ad san
tatem bibe?* Acolaste, scrofarum Epicurearum
perdito flagrasti; nunc inter sordes scrofarum
domini agè.

Seruius in
illud 8.

Encl.
Huic ad
Tarpeiam
sedem.

Attamen
Luius li.

31. dec 1.
vocat fa
bulâ ar
millarum
mentionē,
Scholia

stos Moril
lanus ait
auaritia
necarium
in Pactoli
aquis pe
pendisse.

Textor in
Offic. tit.
cruce
mortu.

* Morte
non malè
* al. recte
& triste.

Uti verò

Plurarchus tome 1. vita in Romulo : Legistis vi
nem Tarpeiam pactam cum Tatio Rege Sabino
de Capitolio Romano prodendo, mercede aurea
armillatum militum, ac iisdem, necnon clypeis in
per milites iactatis obrutam : dignam certè sup
cium perfidæ in patriam?

Legistis Brennum Senouensium ducem, ob se
ctè Epheso, ac tandem vrbe in potestatem eius
cta, perfidia feminæ, cui nomena Demouica, sum
flagrantis cupiditate torquium eius & armillarum
per quos omnibus stupori erat, studio feminam tra
auri pondere onerasse, ut oppressa defecerit?

Legistis Achæum Regem Lydia extorquere uic
tem noua vectigalia indicibili auaritia, conspiratio
populari (secundum quosdam) pedibus sursum suble
tis, capite, Pactoli, fluuio arena & vndis aureo,
merso suspensum?

Ouidius in Ibis:

* More vel inter eas capti suspensus Achai,
Qui miser aurifera * recte pependit aqua.

Annales Gallici: Legistis Haalon Principem Tarr
rorum, capto Calipha de Baldac summo Pōrifice Mo
hometricæ legis, viro auri cupidissimo, ut pro mem
exciperetur, apposuisse ferculorum vice vasa multa
auro, argēto, gemmis plena, nec aliud cibi quidpiam
ac ad singulorum illationem hunc sarcasum obru
sisse: *Ede, qua omnium auidissi: mē expetisti: ede, saturati.*

In his omnibus vindicabat aurum, perfidiam, impiam

avaram cupidinem auri. In nostro prodigo sordes & est in textu
 factores extorserunt pœnas sordium & factorum impu- tu, Lip-
 ræ libidinis A suisbus ad porcos. sius l. 1. de

Herodot. l. 1. Valer. l. 9. c. 10. Non legistis Cyrum Re- Cruce le-
 gem Periarum, quia plus nimio trux Thamyræ Regiæ gi vultu
 Schytarum visus est, bello captū filium interimendo, explicat
 demum victum cœsumq; ab eadem regina, capite trū- ex Polibij
 catum, atque hoc vasi cruore oppleto immersum, & l. 8. aliter,
 tali exprobratio impetitur: *Filij mei sanguinem hausisti,*
& meum sitiivisti Cyre, et ego te cruore saturabo?

Cicero Batauus in Chiliadibus in expositione illius ad- Baptista
 agij, Termeria mala. Legistis Thurinum quendam ger- Fulgos. l.
 ronem, parasitum ué Alexandro Severo Imp. charum, 6. c. 110.
 etiam fumo extinctum Imperatoris iussu, clamante
 precone: *Fumo morere, quia fumum vendidisti?*

Permittit plerumq; Deus concinno ordine iustitię,
 vt inordinate amata, sint etiam nobis tormento, Ac
 quoniam prodigus nil magis adamarat quam mere-
 trices, de hara Epicuri sues genuinas, dudum earum
 porcos pauerat, ac longo vsu assuetus fuerat impura-
 rum voluptatum:

Psal. 82. *Disperierunt in Endor, facti sunt vt steruus*
terre.

Joel 1. *Computruerunt vt iumenta in sterco suo.*
 Eccles 9 *Omnis mulier qua est fornicaria quasi steruus*
in via.

Cic. resp. in Sallustiam:
Nihil aliud studuit nisi vt lutulentus sus cum quo-
uis volutari.

Virgil. 2. Æneid.
Virginæ volucrum vultus, fadissima ventris pro-
lucies.

Contactuque omnia fadant immundo, & vestigia
foeda relinquunt:

Denique, quoniam lutulentè per totam vitam in
 peccatis egerat; iustissimè pœnas exigit Deus nouis
 sordibus citra peccatum: à sordibus ad sordes; à sui-
 bus ad sues transit: ex subulco spontaneo, fit coactus.

Cernite Dei iustitiam. An non ac si diceret; *Aurum si-*
tisti,

tisti, aurum bibe? Porcos & sues amasti, porcos, &
Apo. 22. pasce: Qui in sordibus est, sordescat adhuc.

v.

9. Quis autem ambigat vili illa seruitute ple-
 Deo, ut verissima comprobarentur quæ olim pro-
 mualem dixerat?

1. Reg. 2. *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.*

Virg. 8.

Æneid.

Contem-

ptorque

Deū Me-

tentius.

Ecquis profligator Dei contemptor prodigo-
 nis contemptus uorma? Quæ quoque maior infir-
 nota ingenuè nato, liberaliter educato, quam pro-
 porcos?

Psal. 2. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui in-
 tis terram. Seruite Domino in timore.*

Virg. 6. Æneid.

Discite iustitiam moniti, & non temere Deo

Jdem 1. Æneid.

Si genus humanum, & mortalia temeris om-

At sperate Deos memores fandi, atq; nefandi

Regulariter promouet Deus ad dignitates libe-
 rissimos famulos, ac deprimat, citius, seriasue, hab-

Ut nunc clareat Austriaca familia videtis? Nonne
 iorum, & posteriorum pietate? Ecce olim Saul,

uid, ex obscuris & pusillis, potentes Reges? Ecce
 post depresso Saul? Cui Nabuchodonosor brutus

similis factus? Nonne ex contemptu constitutionis
 Dei? Pertimescite itaque Reges, si mortales, & mor-

lium arma non terrent, veremini, ne magnus ille De-
 quem peccatis vestris despicitis, vos deprimat, rep-

digum, ut Nabuchodonosor; si non profundius.

Psal. 146. *Humilians peccatores usque ad terram*

Daniel. 7. *Gradiens in superbia potest humiliari*

Zachar. 10. *Humiliabitur superbia Assur.*

Idipsum dico de ciuitatibus, prouincijs, populis
 qui attolluntur, deiciunturue gradibus & vicijs

pietatis, impietatisue suæ: quorum argumento
 cienti vnica Ierosolymorum ciuitas deseruit.

Jerem. 2. *Quam vilis facta es nimis iterans vicijs*

Thren. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo
 Ha est quasi vidua domina gentium, Princeps prouin-*

rum facta est sub tributo.

Ibidem: *Facti sunt hostes eius in capite, (vel in caput, Vatablo) id est superiores & domini: inimici eius locis-pletari sunt quia Dominus loquutus est super eam, afflixit eam, propter multitudinem iniquitatum eius.* De popula-
lata, vastata est toties, ac tandem, quia Regem gloriae
Jesum Christum in crucem egit, fœditus euerfa, & qua-
si extirpata est, ne repullulet, vti & Troiana Arctifq,
& Troia, perfidia sua demolitæ sunt.

Deinde, quia liberale obsequium parcati exhibere
detrectauit; iure cogitur abiectissimum præstare do-
mino extero.

*Jere. 2. Nunquid non istud factum est tibi quia dereli-
quisti Dominum Deum tuum? &: A seculo confregisti iu-
gum, repulisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam.*

Ita ciuitates & populi, patienter nescientes sufferre
cum Regibus benignis & mitibus, in libertatem sese
asserere nitentes, quàm honestum sit & vtile, plerum-
que in duriozem incidunt seruitutem quam alias vn-
quam; & vitare conâtes scopulum vnum, in alios im-
pingunt binos perniciosiores.

*Tit. Liu. Dec. 1. 3. Quis nesciat Romanos ferre no-
lentes iugum Tarquinij Regis, subijisse post Decemui-
ratus imperium insolentis; nefarij cæloris Siccij; stu-
pratoris filij L. Virginij; ac deinde Triūuiratus, infini-
tius truculentioris? Annon hac ipsa de causa minatur
Deus Israëliticâ Gentem subactam iri Dijs & Princi-
pibus, qui lassatis nullam concederent requiem.*

*Ierem. 16. Seruietis Dijs alienis qui nō dabunt vobis re-
quiem.*

Quis nesciat eidem populo intētatos Roboã scor-
piones, qui pati nesciunt virgas & vectigalia Salomo-
nis? Ferrum, iugumq; graue Romanorū sensisse, quia
Jesu Christi suaue & humanum repulerunt? *Novissima Luc. 11.
peiora prioribus.* Arbitrer hoc ipsum voluisse fabulato-
rem Philosophum, inducendo ranas aliquando tulisse *Æsop. a.
pol. 19.*
ægrè sibi datum Regem immobilem, adeoq; aliam ef-
flagitasse, ac tandem obtinuisse Ciconiam plus nimio
trucem, quæ obuias omnes deuorarit. Quemadmo-
dum, qui aliam iurgijs, prout vult impetit, plerumque

quæ non vult audit: sic, qui prout vult vivit, quandoque vivit non vt vult: & qui non decontit, non placencia obtinet. Hinc sapuisse cœlestis, quæ secundò experta posteros Tyrannorum teriores maioribus, Numina orabat pro incolente Diony filij Syracusani, Tyranni quidem; at vt in ferociorem incideret. Non legistis aliquando rustico, qui fodiens interrogatus respondit. *Ann*

Vide Lipsum epist. cent. i. epi

4.

Num. 20,

4. Reg. 6,

Dan. 3,

4.

Propositio concionis sequentis. Epilogus sententiosus.

Luce 2.

num refectio; de quo tamen vivente quærebatur: Tu prodige, auersatus es nuper urbanas sedes domum patriam; nunc cogeres rurari, & calamitaticam incolere. *Manna se pertæsum quærebatur pulus Israeol; Nauseat anima nostra super cibo iste la* mo: at qui postmodum asinorum capita, columbarum stercorea avidè comedit, & quid non? Non factis Nabuchodonosori hominem esse, sed pro colivolvit: qui post tulit se similem fieri feris comedere septennio. *Fanum vt bos comedes, & cum feribitatio tua.* Sufficiat nunc: cras, volente Deo, dicesumus, quidnam celarit Christus sub dictionibus læ & porcorum, tam quoad Publicanos, quam peccatores cæteros. Interim, Auditores, hoc infelix serferreoque, quo tot inopes palantur coacti, vt prodigus, quorum res, non ingluvies, sed militia redunt manticam, ne inhospitaliores, & imitiores fuerint patrijs sedibus pulsos, hoc domino ciue in prodigium. Quis audeat, sub chlamide tenui peregrini comen nis, non excepturos aliquando servatorem Iesu Christum adstruere? Ecquis novit, an denegando agulum penes vos peregrino ignoro, ipsum aliquando Deum non repellatis? Immitis hospes Bethleemus, ratus se locum denegare virgini pudicæ. *quia m* erat eis locus in diuersorio, nonne à se ablegavit virgine matrè Dei; imò Deū cæli, castis visceribus virgine adhuc clausum? Nonne Angelos innumeros, qui latè natiuitati, eorū & nostri Dñi Jesu Christi interfuerunt & q̄ infinite domū illā sua beata presentia cohonestassent, beassentque? O vt ianua pauperibus, & honestis patens, diuersorium gratis cumulasset! O quæ

tum detrimentum attulit inhospitalitas ! Deinde, si
 ynquam ad vos diuerterit alienigena, & in obsequium
 vestrum assumptus fuerit, benigne vos habetote ad
 eos; non nisi moderata imponite : pensate non manci-
 pium, seruum me vestrum: si mancipium, nō ferreum,
 non saxeum, non chalybeum, non alterius composi-
 tionis à vobis, vt oneribus insupportabilibus graue-
 tis.

Iob 6. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro
 aenea est.*

Imperando, procul absint probrosa, scelestus, ver-
 bero, furcifer &c. ab ore Christianorum : mittantur
 fustigationes imperiosa. Vos quoque serui, quos De-
 us, natura, lex bellum, indigentia seruos conditione
 effecit, plantis manibusque pennas adnectite, quò o-
 cyocissimè iussa exequamini; accepta sit vobis à Deo
 isthæc humiliatio; patimini fortiter, exemplo prōdi-
 giali; quoque vanum, durumque contra stimulum calci-
 trare diuinum : vti & merito est accepta habere eius
 munera, & fatum virtute permutare. *In re mala, ani-
 mo si bono utare, adiung.* Fortiter, patienterque suffer-
 te, o serui; non pudeat, non affligat vos, quod contra-
 rium substernamini seruitio. Haud probro vertitur ef-
 se tales, quales nos aut natura, aut fors voluit: sola in-
 famia est seruum esse, aut peccati, aut peccato; volun-
 tate peccato subactum esse. Deprimit conditio, &
 pauperies, virtute attollamini: si rustica vos tenet vi-
 ta, non teneat rusticitas: si sedibus rurales estis, quid
 obest quo minus urbani, & ciuiles moribus sitis? Ser-
 uitis hominibus; nil vetat imperare fragilitati huma-
 næ vestræ Diogenes venum expositus in foro, interro-
 gatus quam calleret artem, respondit. *Præesse homini-
 bus* Pecus cogitis, quis impediatur procul vos dimoueri
 ab affectibus brutalibus? Si subulci, vt prodigus;
 quis compellat canosos, impurosque esse? Pauperes,
 rustici, serui, subulci licet; coram Deo diuites, ciues,
 liberi, heroes, & probi estis; si virtus, honestas, liber-
 tas, exemptio à vitiis, & sordibus tum mentis tum
 corporis verè vos ditarit, nobilitarit, liberarit, pro-

*Plantus
 in capti-
 uis.*

morit. Serui estote hominibus, patientiâ, peccatam, sapientiâ. Amen.

CONCIO QVARTA.

| | |
|----------|---|
| Græca. | 5. 15. <i>ἔκτευσεν αὐτὸν εἰς τὴν ἀγρὸν αὐτοῦ.</i> |
| Vulgata. | 5. 15. <i>Et misit illum in villam suam.</i> |
| Syriaca. | 5. 15. <i>Et ille misit eum in villam.</i> |

ARGVMENTVM.

Hæc concio bipartita est: pars prima continet

1. Proœmium, & cõnexionem causarum, materiam, & sordidam.
2. Villas diaboli esse concupiscentiam carnis, oculorum, superbiam vitæ.
3. Peccatorem ut fuerint in eas missi.
4. Peccatorem rusticum, ignobilem, pluribus occupatum: illum diuisionis autorem.
5. Hæretici qui diuisi in agrum missi.
6. Quia à potentibus aduerti fides plures teneant.
8. Extaticam Autoritatem.

Pars secunda excutit (ut pasceret porcos.) & argumentum ponitur ibidem.

1. Hic dies, dominicus, quadragesimæ quartus. Ecclesia Dei, medijs in ieiunijs & afflictionibus recreari videtur, dicendo *Latare*; reperendo cœlesti sacrosancto Missæ sacrificio vocem *Latare*; vnde in introitû, *Latare Ierusalè*: ad ps. *Latatus sũ in hunc quæsitum sunt mihi*. ad Ep. *Latare Ierusalè*: cõtando quod euangeliũ festiuũ, satiationis quinq; milliũ hominum agro, ex quinque panib. multiplicatis feraci, obtinuit; manu Iesu Christi: insuper Phœbus solitus